Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber vndecimvs de himine et partibvs [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

VIr a virtute. ¶ Vtilis ab vtendo bene sua·vel q̃ bene quid vti possit·sicut docilis q̃ doceri possit ¶ Verus a veritate. Hinc & verax·maior est veritas q̃m verus quia non est veritas a vero·sed verus a veritate descendit ¶ Veridicus quia verum dicit·& veritatis assertor est ¶ Verecundus quia verum factum erubescit ¶ Viridis vi et suco plenus ¶ Venustus pulcer·a venis· id est sanguine. ¶ Viuens id est viuus. ¶ Varius quasi non vnius viae·sed incerte mixteq̃ sententiae. ¶ Versutus eo q̃ eius mens in quolibet actu ad quamlibet artem vel fraudem facile vertitur. Vnde et versucia dicit̃ contorta sententia. Plautus. Versutior est q̃m rota figuralis ¶ Vilis a villa·nullius enī vrbanitatis est ¶ Versipellis eo q̃ in diuersa vultum & mentē vertat. Inde & versutus & callidus ¶ Violentus quia vim infert ¶ Vecors mali cordis·& male conscientie ¶ Vagus quia sine via ¶ Vanus a venere ethimologiam trahit. Item vanus· inanis·falsus·eo q̃ sine memoria euanescat. ¶ Vesanus porro sanus ¶ Vinolentus quia & satis bibit·& difficile inebriatur ¶ Vexatus id est portatus·ab eo quod est vebo·vexo·vecto ut vexasse sit et portasse ¶ Veneficus eo q̃ venenū mortis causa parauit· aut prestitit·aut vendidit. ¶ Vector quasi vehitor. Est autem vector & qui vehit·& qui vehitur. ¶ Venator quasi venabulator a venatione scilicet qua bestias premit. Quatuor autem sunt venatorum officia·vestigatores·indagatores·alatores·pressores

Finit liber. Decimus

INCIPIT · LIBER · VNDECIMVS
DE · HOMINE · ET · PARTIBVS · EIVS

NATVRA · DICTA · EST · AB · EO Q̃ · NASCI · ALIQVID · FACIAT GIGNENDI · ENIM · ET · FACIendi potens est. Hanc quidam deum esse dixerunt·a quo oīa creata sunt & existunt ¶ Genus a gignendo dictum·cui deriuatum est nomē a terra·ex qua oīa gignunt̃. Ge enim grece terra dicitur ¶ Vita dicta propter vigorem·vel q̃ vim teneat nascendi atq̃ crescendi. Vnde & arbores vitā habere dicunt̃·q̃a gignunt̃ & crescūt ¶ Hō dictus·q̃a ex hūo factus ē

sicut in genesi dicitur. Et creauit deus hominem de limo terre.
Abusiue autem pronunciatur ex vtraq; substantia totus homo
id est ex societate anime et corporis. Nam proprie homo ab hu
mo. Greci autem hominem antropũ appellauerũt eo q; sursum
spectet subleuatus ab humo ad contemplationem artificis sui.
quod ouidius poeta designat cum dicit. Pronaq; cum spectent
animalia cetera terrã. Os homini sublime dedit celumq; videre.
Iussit. & erectos ad sidera tollere vultus. Qui ideo erectus celum
aspicit. ut deum querat. non ut terram intendat. veluti pecora. q
natura prona. & ventri obedientia finxit. ¶ Duplex est autem
homo interior. & exterior. Interior homo ania. Et exterior ho
mo corpus. ¶ Anima autem a gentilibus nomen accepit. eo q;
ventus sit. Vnde & grece ventus animus dicitur. q; ore traben/
tes aerem viuere videamur. sed apertissime falsum est. qa multo
prius gignitur anima. q̃m concipi aer ore possit. quia iam in ge
nitricis vtero viuit. Non est igitur aer anima. quod putauerunt
quidam. qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturã
¶ Spiritum idem esse q; animam euãgelista pronunciat dicẽs.
Potestatem habeo ponendi animam meam. & rursus potestatẽ
habeo sumendi eam. De hac quoq; ipa domini anima passiõis
tempore memoratus euãgelista pronunciat ita dicens. Et incli/
nato capite emisit spiritum. Quid est enim emittere spiritũ? nisi
q; animam ponere. Sed anima dicta propter q; viuit. Spiritus
autem vel pro spãli natura. vel pro eo q; spiret in corpore. Item
animum idem esse q; animã. Sed anima vite est. Animus ꝗ silli
Vnde dicunt philosophi & iam sine animo vitam manere. et si/
ne mente animam durare. Vnde & amentes. Nam mentem vo
cari volunt. ut sciat. Animum. ut velit ¶ Mens autem vocata q;
emineat in anima. vel q; meminit in anima. Vnde et immẽores
amentes. Quapropter non anima. sed quod excellit in aia mens
vocatur. tanq̃m caput eius vel oculus. Vnde & ipe homo secun
dum mentem imago dei dicitur. Ita autem haec omia adiuncta
sunt anime. ut vna res sit. Pro efficiencijs enim causarũ diuersa
nomina sortita est anima. Nam & memoria mens est. Vnde et
immemores amentes. Dum ergo viuificat corpus anima ẽ. Dũ
scit. mens est. Dum vult. animus est. Dum recolit. memoria est
Dum rectum iudicat. ratio est. Dum spirat. spiritus est. Dum
aliquid sentit. sensus est. Nam inde animus sensus dicit pro his

que sentit. Vnde et sententia nomen accepit ¶ Corpus dictum
est·eo q̃ corruptum perit·solubile enim atq; mortale est· & ali/
quando soluendum ¶ Caro autem a creando est appellata·cre/
mentum enim est semen masculi·vnde animalium et hominũ
corpora concipiuntur. Nunc & parentes creatores vocant̃. Caro
autem ex quatuor elementis compacta est. Nam terra in carne
est. Aer in alitu. Humor in sanguine. Ignis in calore vitali. Ha/
bent enim in nobis elementa sua queq; partem·q̃bus q̃d debet̃
compage resoluta. Caro autem & corpus diuersa significat. In
carne semper corpus est·non semper in corpore caro. Nam caro
est que viuit·idem et corpus. Corpus quod non viuit idem nõ
caro. Nam corpus dicitur aut quod post vitam mortuum est.
aut sine vita est conditum. Interdum & cum vita corpus & nõ
caro·ut herba & lignum ¶ Sensus corporis quinq; sunt·visus·
auditus·gustus·odoratus·& tactus. Ex quibus duo apperiunt̃
et clauduntur. Duo vel tres semper patẽtes sunt ¶ Sensus dicti
quia per eos anima subtilissime totũ corpus agitat·vigore senti
endi. Vnde & presentia nuncupatur q̃ sunt pre sensibus· sicut p̃
oculis·que presto sunt oculis ¶ Visus est qui a philosophis hu
mor vitreus appellatur. Visum autem fieri quidam asseuerant·
aut terra extrema & etherea luce· aut interno spiritu lucido· per
tenues venas a cerebro venientes· atq; penetratis tunicis in aerẽ
exeuntes·& tunc commixtionem similis materie visum dantes
¶ Visus dictus·q̃ viuatior sit ceteris sensibus ac prestantior·si/
ue velocior·ampliusq; vigeat· quantum mẽoria inter cetera mẽ/
tis officia·vicinior est enim cerebro·vnde oia manãt·ex quo fit
ut ea quae ad alios pertinent sensus videre dicamus·veluti cum
dicimus. Vide quomodo sonat·vide quomodo sapit·sic & cete
ra. ¶ Auditus appellatus·q̃ voces hauriat·hoc ẽ aere verberato
sonos suscipiat ¶ Odoratus quasi aeris odore attactus·tacto enĩ
aere sentitur ¶ Sic & olfactus·q̃ odoribus afficiatur ¶ Gustus
a gutture dictus ¶ Tactus eo q̃ pertractet & tangat·et per oia
membra vigorẽ sensus aspergat. Nam & tactu ꝓbamus q̃cq̃d
ceteris sensibus iudicare non possumus. Duo autẽ tactus gene/
ra sunt. Nã aut extrinsecus venit q̃ feriat. Aut intus in ipo cor/
pore oritur q̃ sentiatur. Vnicuiq; autem sensui propria natura
data est. Nam quod videndum est·oculis capitur. Quod audi/
endum ẽ·auribus. Mollia & dura tactu estimant̃. Sapor gustu

Odor naribus ducitur ¶ Prima pars caput·datumq; illi hoc no
men· eo q; sensus omnes & nerui inde initium capiant· atq; ex
eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparet
Vnde & ipius anime que consulit corpori·quodámodo perso/
nam gerit ¶ Vertex est ea pars qua capilli capitis colligutur·&
in qua cesaries vertitur·vnde & nucupatur ¶ Caluaria ab ossi/
bus caluis dicta per defectionē·& neutraliter pronunciat ¶ Oc
cipicium capitis pars posterior·quasi contra capicium· vel q; sit
capitis retrorsum ¶ Capilli vocati·quasi capitis pili·facti ut de/
corem prestent·& cerebrum aduersus frigus muniat·atq; a sole
defendant ¶ Pili autē dicti a pelle qua prodeunt·sicut & pilum
dicitur a pila·vbi pigmentum contuditur ¶ Cesaries a cedendo
vocata·ideoq; tantum virorum est·virum enim tonsum esse de/
cet·mulierem non decet. ¶ Come sunt proprie non cesi capilli·
& est grecus sermo. Nam comas greci comos a secando nomi/
nant. Vnde & cirri tondere dicunt. Inde & cirri vocantur·quod
&iam idem greci mallonem vocant ¶ Crines proprie mulierū
sunt. Dicti autem crines·eo q; vittis discernātur. Vnde & discri
minalia dicuntur·a quibus diuisi religantur ¶ Tempora sunt q;
caluarie dextra leuaq; subiacent. Quae ideo sic nuncupantur· quia
mouentur· ipaq; mobilitate quasi tempora quibusdam interual
lis mutantur ¶ Facies dicta ab effigie·ibi est enim facta tota fi/
gura hominis·& vniuscuiusq; persone cognitio ¶ Vultus vero
dictus·eo q; per eum voluntas ostenditur animi. Secūdum vo
luntatem enim in varios motus mutatur. Vnde & differūt sibi
vtraq; Nam facies simpliciter accipitur·de vniu cuiusq; naturali
aspectu. Vultus autem animorum qualitates significat ¶ Iris
ab oculorum foraminibus nominata est. Haec imago quedam
animi mentis motū specie sua exprimit·dum vel leta· vel tristis
est ¶ Oculi vocati·siue quia eos superciliorum tegmina oculūt
ne qua incidentis iniurie offensione ledantur· siue quia lumen
ocultum habent·id est secretum vel intus positum. Hi inter oēs
sensus vicinores anime existunt. In oculis enim omne mentis
iudicium est. Vnde et animi perturbatio·vel hilaritas·in oculis
apparet. Oculi autem idem & lumina. Et dicta lumia·q; ex eis
lumen manat·vel q; ex initio sui clausam teneant lucem·aut ex/
trinsecus acceptam visui preponendo refundant. ¶ Pupilla est
medius punctus oculi·in quo vis est videndi. Vbi quia parue

imagines nobis videntur· propterea pupille appellantur. Hanc
pleriq; pupulam vocant. Vocatur autem pupilla q; sit pura atq;
impolluta· ut sunt puelle. Phisici dicunt easdem pupillas quas
videmus in oculis morituros ante triduum non habere·quibus
nō visis certa est desperatio. Circulus vero quo a pupilla partes
albe oculi separantur·discreta nigredine corona dicitur·q; rotū/
ditate sui ornet ambitum pupille. Voluos autem quidam appel
lant ipos vertices oculorū·ex similitudine voluorū Palpebre
sunt sinus oculorum·a palpatione dicte·quia semper mouētur.
Concurrunt enim inuicem·ut assiduo motu reficiāt obtutum·
Munite sunt autem vallo capillorum· ut & apertis oculis siqd
inciderit repellatur·& somno cohibētibus tanq̄m inuoluti q e/
scant latētes. In summitate autem palpebrarum locis quibus se
vtraq; clausa contingunt extant admoti ordine seruato· capilli
tutelam oculis ministrantes·ne irruente sorde facile iniurias ex
cipiant·& ex eo nocēatur· ut puluerīs vel cuiusquam crassioris
materie arceant contactum· aut ipm quoq; aerem concedendo
mitificent·quo tenuem atq; serenū faciant visum. Lachrimas
quidam a laceratione mentis putant dictas. Alii existimāt ideo
quod greci darsiria vocant Cilia sunt tegmina quibus coope
riuntur oculi. Et dicta cilia·q; celent oculos·tegātq; tuta custo/
dia Supercilia dicta·quia superposita sunt ciliis. Que idcirco
pilis vestita sunt·ut oculis munimenta pretendant·& sudorem
a capite defluentem depellant. Intercilium vero est medium
illud inter supercilia·quod sine pilis est. Gene sunt inferiores
oculorū partes·vnde barbe incboant. Nam graece genos barbe
Hinc & gene·q; inde incipiant gigni barbe Male sunt eminē
tes sub oculis partes·ad protectionem eorum supposite. Vocate
autem male· siue q; infra oculos promineant in rotunditatem·
que greci mala appellāt·siue q; sint super maxillas. Maxille per
diminutionē a malis·sicut paxillus a palo·taxillus a talo Mā
dibule sunt maxillarū partes·ex quibus & nomen factū Bar
bam veteres vocauerunt·q; virorum sit·non mulierum Au/
rium inde dictum nomen·a vocibus hauriendis. Vnde et virgi
lius. Vocemq; his auribus hausi. Aut quia vocem ipam graeci
audenliden vocant ab auditu. Per immutationem enim litterae
aures quasi audes nuncupate sunt. Vox enim repercussa per an/
fractus earum sonum faciunt· quo sensum excipiant audiendi.

¶ Pinnula summa pars auris ab acumie dicta. Pinnum enim
antiqui acutum dicebant. Vnde & bipennis & pinna ¶ Nares
idcirco nominantur· quia per eas vel odor vel spiritus manare
non desinit·siue quia nos odore admonent·ut odoremus aliqd
ac sciamus. Vnde et cōtra insciī ac rudes ignari dicunt. Olfecisse
enim veteres scisse dicebant. Terencius. Ac non notis ex mensi/
bus prius olfecissent· q̄m ille quicq̄m ceperit. Nariū recta pars
propter q̄ equaliter sit in longitudine & rotunditate porrecta·
columna vocat extremitas eius·pirula a formula pomi & piri·
Que vero dextra leuaq̄ sunt pinnule ab alarū similitudine· me/
dium autem interfinium ¶ Os dictum·q̄ per ipsum quasi per
ostium & cibum intus mittimus·& sputum vel spiritum foris
proicimus. Vel quia ibi ingrediuntur cibi·inde egrediuntur ser
mones. ¶ Labia a labendo nominata·quod autem superius est
labium dicimus. Quod inferius ceo q̄ grossius sit labrum. Alii
virorum labra. Mulierum labia dicunt ¶ Lingue a lingendo ci/
bum putat varro nomen impositum. Alii q̄ per articulatos so
nos verba ligat. Sicut enim plectrum cordis· ita lingua illidit
dentibus·& vocalem efficit sonum ¶ Dentes greci odontes vo/
cant·& inde in latinum nomen trahere videntur. Horū primi
precisores dicuntur· quia omne quod accipit·ipi prius incidūt.
Sequentes canini vocantur· quorum duo in dextra maxilla·&
duo in sinistra sunt. Et dicti canini·q̄a ad similitudinem cani/
norum existunt· & canis ex ipis ossa frangit·sicut & homo· ut
quod non possunt priores precidere illis tradunt ut confringat
Nos vulgus pro longitudine et rotunditate colomellos vocat·
Vltimi sunt molares·q̄ concisa a prioribus atq̄ confracta subi/
gunt·& molant·atq̄ immassant. Vnde & molares vocati sunt.
¶ Dentium autē numerum discernit qualitas sexus. Nam in
viris plures·in feminis pauciores existunt ¶ Gingue a gignen/
dis dentibus nominate. Facte sunt autem & iam ad decorē den
tium·ne nudi horrori potius q̄m ornamento existerent ¶ Pala
tum nostrum sicut caelum sursum est positum· & inde palatū
a polo per deriuationem. Sed & graeci similiter palatū vranon
appellant·eo q̄ p̄ sui concauitate celi similitudinē habeat ¶ Fau
ces a fundendis vocibus nominate·vel q̄ per eas effamur voces
¶ Arterie vocate·siue q̄ per eas a pulmone aer hoc est spiritus
fertur·seu q̄ artis & angustis meatibus spiritū vitalem retineā

vnde vocis sonos emittunt· qui soni vno modo sonarent·nisi
lingue motus distantias vocis efficeret. ¶ Toles gallica lingua
dicuntur· quas vulgo per diminutionem tusillas vocant·quae
in faucibus turgescere solent ¶ Mentum dictum·q̃ inde man/
dibule ornantur··vel q̃ ibi iungantur ¶ Gurgilio a gutture no/
men trahit· cuius meatus ad os & nares pertendit. Habens viã
qua vox ad linguã transmittit· ut possit verba collidere. Vnde
& garrire dicimus ¶ Rumen proximum gurgilioni·quo cibus
& potio deuoratur. Hinc bestie q̃ cibos reuocant·ac remandũt
ruminare dicuntur. ¶ Sublinguium operculum gurgulionis·
quasi parua lingua·quod foramẽ lingue reducit operit ve ¶ Col
lum dictum·q̃ sit rigidum et rotundum·ut columna·baiolans
caput & sustentans·quasi capitolium. Cuius anterior pars gula
vocatur·posterior ceruix ¶ Ceruix autem vocata·q̃ per eã partẽ
cerebrum ad medullam spine dirigit· quasi cerebri via. Veteres
autem plurali tantũ numero ceruices dicebãt. Primus ortensius
ceruicem singulariter dixit. Ceruix autem numero singulari mẽ
brum ipm significat. Nam pluraliter contumaciam sepe demõ/
strat. Cicero in verrinis. Pretorẽ tu accuses·frange ceruices ¶ Hu
meri dicti· quasi armi·ad distinctionem hominis a pecudibus
mutis·ut hi humeros·illi armos habere dicuntur. Nam proprie
armi quadrupedum sunt ¶ Ala summi humeri pars posterior
¶ Brachia a fortitudine nomiata. Bari enim greci graue et forte
significat. In brachiis eni thori lacertorũ sunt·et insigne muscu/
lorũ robur existit. Hi sunt thori·id est musculi. Et dicti thori·
q̃ illic viscera torta videantur ¶ Cubitus dictus·q̃ ad cibos su/
mendos in ipo cubamus ¶ Vlna secundum quosdam vtriusq;
manus extensio est. Secundum alios cubitus q̃ magis vez est·
quia grece oelenos cubitus dicitur ¶ Ale subbrachia sunt appel
late·eo q̃ ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet
quas quidam ascellas vocant·q̃ ex eis brachia cilluntur·id est
vouentur. Vnde & oscilla dicta·ab eo q̃ scillantur·id est moue
antur ora. Nam cillere est mouere. Hos quidam subbircos vo/
cant·propter q̃ in plerisq; hominibus bircorum fetorẽ reddant
¶ Manus dicta·q̃ sit tocius corporis munus. Ipa enim cibum
ori ministrat·ipa operatur omnia atq; dispensat·per eam accipi/
mus & damus. Abusiue autem &iam ars vel artifex. Vnde &
manus precium dicimus ¶ Dextera vocatur a dando·Ipa enim

pignus pacis datur·ipa fidei testis atq; salutis adhibetur·& hoc
est illud apud tullium. Fidem publicam iussu senatus dedi·id é
dextram. Vnde & apostolus dicit. Iacobus & iohānes dextras
dederut michi·& reliqua ¶ Leua q; aptior sit ad leuādum ¶ Si
nistra autem vocata· quasi sine dextra· siue q; rem fi ri sinat·a si/
nendo enim sinistra est nucupata ¶ Palma est manus expassis
digitis·sicut contractis pugnus ¶ Pugnus autem a pugilio dic
tus·sicut palma ab expassis palme ramis ¶ Digiti nucupati·vel
quia decem sunt· vel quia decenter iuncti existut. Nam habent
in se & numerum perfectum·et ordinem decentissimum ¶ Pri
mus pollex vocat· eo q; inter ceteros virtute polleat & potesta/
te. ¶ Secundus index & salutaris seu demonstratorius·quia eo
fere salutamus atq; ostēdimus ¶ Tercius impudicus·q; pleruq;
per eum ꝓbri insectatio exprimitur. ¶ Quartus anularis·eo q;
in ipo anulus geritur. Idem & medicinalis· q; eo trita collinia a
medicis colliguntur ¶ Quintus auricularis·pro eo q; eo aurem
scalpimus. ¶ Vngulas ex graeco vocamus·illi enim has onices
dicunt. ¶ Truncus media pars corporis·a collo ad inguina·de
quo rigidius. Caput collo vehitur·truncus sustinetur coxis &
genibus crur busq; ¶ Torax a grecis dicitur anterior pars truci
a collo vsq; ad stomachum·qua nos dicimus archam· eo q; ibi
archanum sit·id est secretum·quo ceteri arcentur. Vnde et archa
& ara dicta·quasi res secrete·cuius eminentes palpe mamille·in/
ter quas pars illa ossea pectus dicit·dextra leuaq; coste ¶ Pectus
vocatum·q; sit pexum inter eminentes mamillaru partes. Vnde
et pectinen dicimus·q; pexos capillos faciat ¶ Mamille vocate
quia rotunde sunt quasi male per diminutionem scilicet. ¶ Pa/
pille capita mammarum sunt· quas infantes sugentes cōpreben
dunt. Et dicte papille·q; eas infantes quasi papant·dum lac su/
gunt. Proinde mamilla est omnis eminentia vberis. Papilla ve/
ro breue est illud vnde lac trahit. ¶ Vbera dicta·vel quia lacte
vberta· vel q a vuida humore scilicet actis· in morem vuarum
plena ¶ Lac vim nomis a colore trahit·q; sit albus liquor. Leu/
cus enim grece album dicunt cuius natura ex sanguine cōmu/
tatur. Nam post partum siquid sanguinis nondum fuerit vten
nutrimentum consumptum·naturali meatu fluit in mammas
et earum virtute albescens lactis accipit qualitatem ¶ Cutis est
que in corpore prima est appellata· q; ipsa corpori superposita·

incisionem prima patitur·cutis enim grece incisio dicit. Eadem
& pellis· q̃ externas iniurias corporis tegendo pellat· pluuiasq;
et ventos solisq; ardores perferat ¶ Pellis aut est mox detracta·
subacta iam corium dicitur. ¶ Corium autem per deriuationē
caro appellatur·q̃ eo tegatur· sed hoc in brutis animalibus pro/
prium est ¶ Pori corporis greco nomine appellantur·q latine
proprie spiramenta dicunt·eo q̃ per eos viuificus spūs exterius
ministratur ¶ Aruina est pinguedo cuti adherens ¶ Pulpa est
caro sine pinguedine· dicta q̃ palpitet·resilit eni sepe. Hac pleriq;
& viscum vocant· ppter q̃ glutinosa sit ¶ Membra sunt partes
corporis ¶ Artus quibus colligunt membra·ab artando dicti
¶ Nerui greca appellati deriuatione·quos illi neura vocat. Alii
latine vocatos neruos putant·eo q̃ artuum coniunctiones inui
cem his inhereant. Maximam autem virium substantiā neruos
facere certissimum est. Nam quanto fuerint densiores·tanto p/
pensius augescere firmitatē. ¶ Artus dicti· q̃ colligati inuicem
neruis artentur·id est stringantur·quorum diminutiua sunt ar
ticuli. Nam artus dicimus membra maiora·ut brachia. Articu/
los minora membra·ut digiti ¶ Compagia capita sunt ossium·
dicta·eo q̃ sibi compacta neruis·veluti glutino quodam adhe/
reant ¶ Ossa sunt corporis solidamenta. In his enim positio ois
robur·q̃ subsistit. Ossa autem sunt a busto dicta· propter q̃ cre/
mantur ab antiquis·siue ut alii putant ab ore· eo q̃ ibi pateant·
Nam vbiq; cute visceribusq; obtecta celantur ¶ Medulle appel/
late·q̃ madefaciant ossa·irrigāt enim & confortant ¶ Vertibule
sunt summe ossium partes·nodis crassioribus conglobate·dicte
ita·eo q̃ ad inflexionem membrorum illa vertant ¶ Cartilagi/
nes ossa mollia & sine medulla. Quod genus auricule & narīū
discrimen & costarum extremitates habent·siue opercula ossiū
que mouētur. Et dicte cartilagines·q̃ leni ac tritu carēt dolore
dum flectuntur ¶ Costas appellari quidam putant·q̃ ab ipsis
interiora custodiantur·et tota mollicies ventris vallata seruetur
¶ Latus quia iacētibus nobis latet·est enim leua pars corporis
Dextro autem lateri habilior motus ē· leuo fortior· & oneri fe/
rendo accommodatior. Vnde & leua nūcupata·q̃ aptior sit ad
leuandum aliquid & portādum. Ipa enim gestat clipeū·ensem·
pharetram·& reliqua onera·ut expedita sit dextra ad agendum·
¶ Dorsum est a ceruice vsq; ad renes. Dictum autem dorsum·

q̃ sit superficies durior corporis·i modum saxi fortis·& ad por
tandum & ad perpetiẽdum ¶ Terga quia in eo supini iacemus
in terra·quod solus homo potest.Nam muta animalia tantum
aut in ventre· aut in latere iacent. Vnde & in animalibus terga
abusiue dicunt. ¶ Scapula a scandendo dicitur. ¶ Interscapiliu
spacium quod inter scapulas est. Vnde & nominatum. ¶ Pale
sunt dorsi dextra leuaq; eminentia membra dicta·q̃ in luctãdo
eas premimus·quod greci palin dicũt luctatio ¶ Spina ẽ iũctu
ra dorsi dicta·eo q̃ habeat radiolos acutos·cuius iuncture spon
dilia appellantur·propter partem cerebri· que fertur per eos lon
go tractu ad ceteras corporis partes. ¶ Sacra spina est vna per/
petue spine·quam greci yronostoin vocant·quõm primo infan
te concepto nascitur.Ideoq; et hostia id primum a gẽtilibus dis
suis dabatur.Vnde & spina sacra dicit ¶ Renes ait varro dictos
q̃ riui ab his obsceni humoris nascãtur. Nam vene & medulle
tenuem liquorem desudant in renibus·qui liquor rursus a reni
bus calore venerio resolutus decurrit. ¶ Lũbi ob libidinis lasci/
uiam dicti·quia in viris causa corporee voluptatis·in ipis est·si
cut in vmbilico foeminis. Vnde & ad iob in exordio sermonis
dictum est. Accinge sicut vir lumbos tuos· ut in his resistendi
esset preparatio·in q̃bus libidinis est vsitata dominandi occasio
¶ Vmbilicus est medius locus corporis· dictus· q̃ sit vmbus
iliorum.Vnde et vmbo appellatur locus in medio clipei·a quo
pendet. Ex eo enim infans in vtero pendet·ex eo &ĩa & nutrit·
¶ Ilium greco sermone appellatũ·q̃ ibi obuoluamus nos·gre/
ce enim ilios obuoluere dicitur. ¶ Clunes vocate·q̃ sint iuxta
colum·quod est longa ¶ Nates q̃ in ipis innitimur dum sede/
mus.Vnde & conglobata est in eis caro·ne premente corporis
mole ossa dolerent. ¶ Genitalia corporis partes sunt·ut nomen
ipm docet gignende sobolis acceperunt vocabulum·q̃ his pro
creatur & gignitur. ¶ Haec & pudenda pro verecundia·siue a
pube.Vnde & indumento operiuntur.Dicuntur autem ista &
inhonesta·quia non habent eam speciem decoris·sicut membra
que in promptu locata sunt. Idem & veretrum·quia viri est tã/
tum·siue q̃ eo virus emittitur. Nam virus ꝓprie dicit humor
fluens a natura viri. ¶ Testiculi per diminutionem a testibus
dicti·quorum numerus incipit a duobus.Hi enim semen cala/
mo ministrant· quod ab spinae medulla et renibus & lumbis

suscipiunt ad gratiam procreandi. ¶ Viscus est pellis·in qua testiculi sunt. ¶ Posteriora vero vocata· q̃ retro sunt & a vultu auersa·ne dum alvum purgamus·inq̃naremus aspectũ ¶ Meatus inde appellatus·quia per eum manant id est egerunt̃ stercora ¶ Femora dicta sunt·q̃ ea parte a femina sexus viri discrepet Sunt autem ab inguinibus vsq̃ ad genua. ¶ Femia autem per deriuationem femorum partes sunt· quibus in equitãdo tergis equorum adheremus. Vnde & preliatores olim sub feminibus equos amisisse dicebantur ¶ Coxe quasi coniuncte axes·in ipis enim femora mouentur· quorum concaua vertebra vocant̃·q̃a in eis capita femorum vertuntur ¶ Suffragines·q̃a subtus frá/guntur·id est flectuntur·non supra sicut in brachiis. ¶ Genua sunt commissiones femorum & crurium. Et dicta genua·eo q̃ in vtero sunt genis opposita· coherẽt enim ibi sibi·& cognata sunt oculis·lachrimarum indicibus & misericordie. Nam a genis genua dicũtur. Deniq̃ complicatum gigni formariq̃ hominem dicunt ita·ut genua sursum sint· quibus oculi formant̃ & caui ac reconditi fiant. Ennius. Atq̃ genua comprimi·& arta gena. Inde est q̃ homines dum ad genua se prosternũt statim lachrimantur·voluit enim eos natura vterum maternũ rememorari· vbi quasi in tenebris consedebãt·anteq̃m ad lucẽ venirẽt ¶ Crura dicta·quia in his currimus et gressum facimus. Sunt autem sub genibus vsq̃ ad suras ¶ Tibie vocate·quasi tube. Sunt autẽ & longitudine & specie similes ¶ Talus dictus a tolo. Nã tolus est eminens rotunditas. Vnde et fastigium templi rotudi tolus vocatur. Talus autem sub crure est sub talo calcanei ¶ Pedes ex greca etbimologia nomen sortiti sunt. Nos enim graeci podas dicunt·quia alternis motibus solo fixi incedunt ¶ Plante a planicie nuncupate·q̃a non rotunde ut in quadrupedibus·ut stare nõ possit bipes homo·sed plane atq̃ longiores formate sunt· ut stabile corpus efficerent. Sunt autem plante anteriores partes·q̃ &iam ex multis ossibus constant. ¶ Calcis prima pars plante· a callo illi nomẽ impositum·quo terram calcamus. Hinc & calcaneus ¶ Solum inferior pars pedis dictum·quia eo terre vestigia imprimimus. Sed & solum dicitur omne quod aliquid sustinet·quasi solidum. Vnde & terra solum·q̃ cuncta sustineat· & solum pedis·quod totam corporis molem portat. ¶ Viscera non tantum intestina dicimus· sed quicquid sub corio ẽ a visco

quod est inter cutē & carnē. Item viscera vitalia·id ē circumfusa
cordis loca·quasi viscora· eo q; ibi vita id est anima continetur.
Item viscera capita neruorum· ex sanguine & neruis copulata.
Eadem lacerti siue mures· quia sic in singulis membris cordis
loco sunt·ut cor in media parte·tocius corporis·appellanturq; a
nomine similium animaliū sub terra delitescentium. Nam inde
musculi a murium similitudine. Idem & tori·q; illic viscera tor
ta videantur. ¶ Cor a greca appellatione deriuatum·quod illi
cardian dicunt·siue a cura. In eo oīs sollicitudo & scientie causa
manet. Quod ideo pulmoni vicinum est·ut cum ira accenditur
pulmonis humore temperetur. Huius due arterie sunt· e q bus
sinistra plus sanguinem habet·dextra plus spiritum. Vnde et in
dextro brachio pulsum inspicimus ¶ Precordia sunt loca cordis
vicina·quibus sensus percipitur. Et dicta precordia·eo q; ibi sit
principium cordis & cogitationis ¶ Pulsus vocatus·q; palpitet
Cuius inditio aut infirmitatem intelligimus·aut salutē. Huius
duplex est motus·aut simplex·aut compositus. Simplex est q a
ex vno saltu constat. Compositus est·q a ex pluribus motibus
inordinatus & inequalis existit. Qui motus certa habēt spacia·
dactilum percussum q̃mdiu sine vicio sunt. Si quando vero ci
tatiores sunt·ut torca dazantes·aut leniores·ut mirmizontes·mor
tis signa sunt. ¶ Vene dicte·eo q; vie sint natātis sanguinis atq;
riui per corpus omne diuisi·quibus vniuersa membra irrigant·
¶ Sanguis ex greca ethimologia nomen duxit·q; vegetetur·et
sustētetur·& viuat. Sanguis autē est·dum in corpore est·effusus
vero cruor dicitur. Nam cruor vocat̃·eo q; effusus decurrit· vel
ab eo q; currendo corruat. Alii autem cruorē interpretant̃ sang/
uinem corruptum qui emittitur. Alii autem vocatu sanguinē
q; suauis sit. Sanguis autem non est integer nisi in iuuenibus.
Nam dicunt phisici minui sanguinem per etatem. Vnde in seni
bus tremor est. Proprie autē sanguis anime possessio est. Inde
genas lacerare in luctu mulieres solēt. Vnde & purpuree vestes
& flores purpurei mortuis prebentur ¶ Pulmo ex greco trahit
vocabulum·greci enim pulmonem pleomon vocant· eo q; cor/
dis flabellum sit·in quo pneuma id est spiritus inest· per quod
& agitantur & mouentur. Vnde & pulmones vocati sunt. Nā
grece pneuma latine spiritus dicitur·qui flando et agitando ae/
rem admittit & recipit·a quo mouentur pulmones et palpitāt·

& adapperiendo se ut flatum capiant·& stringendo ut eiciant est enim organum corporis. ¶ Iecur nomen habet·eo q̃ ignis ibi habeat sedem·q̃ in cerebro subuolat·inde ad oculos ceterosq̃ sensus & membra diffunditur· & calore suo ad se sucũ ex cibo tractum vertit in sanguinem·quem ad vsum pascendi nutrien/ diq̃ singulis membris prebet. In iecore autem persistit voluptas et concupiscentia·iuxta eos qui de phisicis disputant ¶ Fibre ie coris sunt extremitates· sicut extreme partes filorũ in tibiis·siue quasi lingue eminentes. Dicte autẽ fibre q̃ apud gentiles in sa/ cris ad phebi aras ferebantur ab ariolis·quibus oblatis atq̃ suc censis responsa acceperunt. ¶ Splen dictum a supplemento ex contraria parte iecoris·ne vacua exsterent. Quem quidam & iã risus causa factum existimant. Nam splene ridemus·felle irasci/ mur·corde sapimus·iecore amamus. Quibus quatuor elemẽtis constantibus integrum est animal. ¶ Fel appellatũ·q̃ sit folli/ culum·gestans humorem q̃ vocatur bilis. ¶ Stomachus grece os vocatur·eo q̃ ostium ventris sit·& cibum excipiat·atq̃ in in testina transmittat. ¶ Intestina dicũtur·eo q̃ corporis interiore parte cohibentur. Que idcirco longis nexibus in circulorũ ordi nata sunt modum·ut susceptas escas paulatim digerant·& sup/ additis cibis non impediantur ¶ Omentum membranũ quod continet intestinorũ maiorem partem· quod epitolin greci vo/ cant ¶ Disceptum intestinum·quod discernit ventrem et cetera intestina a pulmone vel a corde ¶ Cecum intestinum·q̃ sit sine foramie & exitu·quod greci tilonenticon dicũt ¶ Ieiuna tenue intestinum. Vnde & ieiunium dicitur. ¶ Vẽter autem et aluus & vterus inter se differũt. Venter est qui acceptos cibos digerit· & apparet extrinsecus·ptinetq̃ a pectore ad inguina. Et dictus venter·q̃ per totum corpus vite alimenta transmittat ¶ Aluus est qui cibum recipit·et purgari solet. Salustius. Simulans sibi aluum purgari. Et vocatur aluus·q̃ abluatur· id est purgẽt·ex ipsa enim sordes stercorum defluunt. ¶ Vterum sole mulieres habent·in quo concipiunt ad similitudinem cauli uli. Tamen auctores vterum pro vtriusq̃ sexus ventre plerumq̃ ponũt· nec poete tantũmodo sed et ceteri. Vocatus autem vterus·q̃ duplex sit·& ab vtraq̃ i duas se diuidat partes· que i diuersum indiffuse ac replexe circumplicantur in modum cornuum arietis·vel q̃ interius impleat fetu. Nunc et vter q̃ aliq̃d intrinsecus habuerit·

ut membra & viscera. ¶ Aqualiculus autem proprie porci est.
Hinc ad ventrem translatio ¶ Matrix dicitur q̃ fetus in eo ge/
neretur. semen enim receptũ confouet. confotum corporat. cor/
poratum ĩ membra distinguit. ¶ Vulua vocata. quasi valua. id
est ianua. vel q̃ semẽ recipiat. vel q̃ ex ea fetus ꝓcedat ¶ Vesica
quasi vas aque. q̃a sicut vas aqua. ita de renibus vrina collecta
completur. & humore distẽditur. Cuius vsus in volucribus nõ
habetur. ¶ Vrina autem dicta. siue q̃ vrat. siue quia ex renibus
egeritur. Cuius inditio & salus & egritudo monstrat̃. Qui hu/
mor vulgo lotium dicitur. q̃ eo lota id est munda vestimenta
efficiantur ¶ Semen ẽ quod iactum sumitur. aut a terra. aut ab
vtero ad gignendum. vel fructus vel fetus. Est enim liquor ex
cibi et corporis decoctiõe factus. ac diffusus per venas atq̃ me/
dullas. qui inde desudatus. in modum sentine concrescit in reni
bus. iactusq̃ per coitũ. & ĩ vtero mulieris susceptus. calore quo/
dammodo viscerum. & menstrualis sanguinis irrigatione for/
matur in corpore ¶ Menstrua superuacuus mulierum sanguis
Dicta autem menstrua. propter circuitum lunaris lumis. quo
solet hoc venire profluuium. Luna enim grece mene dicit̃. Hec
& muliebria nuncupantur. Nam mulier solum animal men/
struale est. Cuius cruoris contactu fruges non germinant. ace/
scunt musta. moriuntur herbe. amittũt arbores fructus. rubigo
ferrum corrumpit. nigrescunt eramẽta. Siqui canes inde ederint
in rabiem efferũtur. Glutinum asphalti quod nec ferro nec aqs
dissoluitur. cruore ipo polluto sponte dispgitur. Post plurimos
autem dies menstruos ideo semen non est germinabile. q̃a iam
non est menstrualis sanguis a quo perfusum irrigetur. Tenue
semen locis muliebribus non potest adherere. labitur enim nec
habet vim adherendi. Similiter & crassum vim non habet gig/
nendi. quia muliebri sanguini miscere se non potest. propter ni/
miam sui spissitudinem. Hinc & steriles mares & feminas fieri
dicunt. vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem.
vel propter nimiam raritatem ¶ Primum autem aiunt cor bois
fingi. q̃ in eo sit & vita hominis & sapientia. deinde quadrage/
simo die totum corpus expleri. quod ex abortionibus ut ferunt
collecta sunt. Alii fetus a capite sumere dicunt exordium. Vnde
& in auium fetibus primũ oculos fingi in ouis videmus ¶ Fe
tus autem nominatus q̃ adhuc in vtero foueatur. Cuius secude

dicuntur folliculus· qui simul cum infante nascitur continetq; eum. Dictus ita· quia eum cum editur sequitur ¶ Nasci autem patribus similes aiunt· si paternum semē validius sit· matribus si matris hac ratiōe similes exprimi vultus. Qui autem vtriusq; parētis figuram reddunt·equaliter mixto paterno materno q; semine concipiūtur. Auorum proauorumq; similes fieri·q a sicut in terra multa semina oculta·ita et in hominibus semina celantē figuras parentum redditura ¶ Ex paterno autem semīe puellas nasci·et ex materno pueros·quia omnis partus constat duplici semine· cuius pars maior cum inualuerit· occupat similitudinē sexus. ¶ In corpore nostro quedam tātum vtilitatis causā facta sunt·ut viscera. Quedam & vtilitatis & decoris·ut sensus ī facie & in corpore manus ac pedes· quorum membrorū & vtilitas magna est·& species decentissima. Quedam tantum decoris·ut mamille in viris·& in vtroq; sexu vmbilicus Quedā discretiōis ut in viris genitalia·barba prolixa·pectus amplū· in mulieribus leues gene·et angustum pectus. Ad cōcipiendos autem et portandos fetus renes & latera dilatata ¶ Quod ad hominem et ad partes attinet corporis ex parte dictum est·nunc etates eius subiungimus ¶ De. Etatibus hominis ¶ Ca·ii

Gradus etatis·vi·sunt. Infantia. Puericia. Adolescentia Iuuētus. Grauitas atq;. Senectus ¶ Prima etas infantia est·pueri nascētis ad lucem·que porrigitur in septem annis. ¶ Secunda etas puericia·id est pura·& nec dum ad generandum apta·tendens vsq; ad·xiiii·annū ¶ Tercia adolescētia ad gignendum adulta· que porrigitur vsq; ad·xxviii·annos. ¶ Quarta iuuentus·firmissima omniū etatum·finiens in quinquagesimo anno·in quo partus seminis deficit. ¶ Quinta etas senioris·id est grauitas·que est declinatio a iuuētute in senectutem·non dum senectus·sed iam non dum iuuentus·q a senioris etas est·quam greci presbiten vocant. Nam senex apud graecos non presbiter sed geron dicitē. Que etas a quinquagesimo anno incipiens septuagesimo terminatur ¶ Sexta etas est senectus·q nullo annorū tempore finitē. Sed post quinq; illas etates quantumcunq; est senectuti deputatur ¶ Senium autem pars ēvltima senectutis·dicta q; sit terminus sexte etatis ¶ In his igitē sex spaciis philosophi vitam descripserunt humanā·in quibus mutatur & currit· & ad mortis terminum peruenit. ¶ Pergamus

igitur breuiter per predictos gradus etatum·ethimologias earū
in homine demonstrantes ¶ Infans dicitur homo prime etatis
Dictus autem infans·quia adhuc fari nescit· id est loqui nō po
test·non dum enim bene ordinatis dentibus·minus ē sermonis
expressio ¶ Puer a puritate vocatus·quia purus est·& necdum
lanuginem floremq; genarum habens. Hi sunt ephebi·id est a
phebo dicti·necdum pro natiuitate viri·sed adolescentuli lenes·
Puer autem tribus modis dicitur. Pro natiuitate·ut esaias. Puer
natus est nobis. Pro etate·ut octennis decennis. Vnde est illud.
Iam puer le iugum tenera ceruice regebat. Pro obsequio et fidei
puritate·ut dominus ad prophetā. Puer meus es tu·noli timere·
dum iam hieremias longe puericie excessisset annos ¶ Puella ē
paruula·quasi pulla. Vnde & pupillos non pro conditione·sed
pro etate puerili vocamus. Pupilli autem dicti·quasi sine oculis
hoc est a parentibus orbi. Hi autem vere pupilli dicunt·quorū
parentes ante discesserunt·q̄m ab eis nomen acciperent. Ceteri
orbi vocantur. Orphani idem qui et pupilli. Illud enim grecum
est nomen·hoc latinum. Nam & in psalmo vbi legit. Pupillo
tu eris adiutor·grecus habet orphano ¶ Puberes a pube·id est a
pudendis corporis nūcupati·q; hec loca tunc primū lanuginē
ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem existimant·id est
eum puberem esse·qui·xiii·annos expleuerit·q̄muis tardissime
pubescat. Certissimum autem puberē esse·qui & ex habitu cor/
poris pubertatem ostendit·et generare iā possit ¶ Puerpere sunt
que annis puerilibus pariunt. Vnde & oracius. Laudat primo
prole puerpera nato. Et dicte puerpere vel q; primo partu gra/
uantur·vel q; primum pueros pariant ¶ Adolescens dictus·eo
q; sit ad gignendum adultus·siue a crescere & augeri ¶ Iuuenis
vocatus·q; iuuare posse incipiat·ut in bubus iuuenci· cū a vitulis
discesserint. Est enim iuuenis in ipo etatis incremento positus·
& ad auxilium preparatus. Nam iuuare bois est opus aliquod
conferentis. Sicut autem·xxx·perfecte etatis est annus in homi
nibus·ita in pecudibus ac iumentis tercius robustissimus ¶ Vir
nuncupatus·q; maior in eo vis est q̄m in feminis. Vnde et vir/
tus nomē accepit·siue q; vi agat feminam ¶ Mulier vero a mol
licie·tanq̄m mollier· detracta littera u· vel mutata· appellata est
mulier·vtriq; enim fortitudine & imbecillitate corpoꝝ separant
Sed ideo virtus maxima viri·mulieris minor·ut paties viro eet·

ſcilicet ne feminis repugnantibus·libido cogeret viros aliud ap
petere·aut in alium ſexum proruere. Dicitur igit mulier ſecun/
dum femineum ſexum·non ſecundum corruptioné integritatis
& hoc ex lingua ſacre ſcripture. Nam eua ſtatim facta de latere
viri ſui·nōdum contacta a viro·mulier appellata eſt·dicéte ſcrip
tura. Et formauit eā in mulieré. ¶ Virgo a viridiore etate dicta
eſt·ſicut & virga et vitula. Alias ab incorruptione quaſi virago
q; ignoret femineam paſſionem. ¶ Virago vocata quia virum
agit·hoc eſt opera ſeruilia facit·& maſculini vigoris eſt. Antiq
enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem nō recte virago
dicitur·ſi non viri officio fungatur. Mulier vero ſi virilia opera
facit·recte virago dicitur ut amazona. Quae vero nunc foemina
antiquitus vira vocabatur· ſicut a ſeruo ſerua·a famulo famula·
ita a viro vira. Hinc & virginis nomen quidam putát ¶ Femi
na vero a partibus femorū dicta·vbi ſexus ſpecies a viro diſting
uitur. Alii greca ethimologia feminam ab ignea vi dictam pu/
tant·quia vehementer concupiſcit· libidinoſiores enim viris fe/
mine ſunt·tam in mulieribus q̄m ī animalibus. Vnde nimius
amor apud antiquos femineus vocabatur. ¶ Senior eſt adhuc
viridior. Ouidius in ſexto libro. Senior inter iuuenem q; ſenéq;.
Terencius. Quo iure ſumus. Alii. Qui iure ſumus. Adoleſcētior
non vtiq; magis eſt adoleſcens ſed minus· ut ſenior minor eſt
ſene·vbi comparatiuus gradus minus ſignificat a poſitiuo·ergo
ſenior nō ſatis ſicut iuuenior intra iuuenem & ſenem·ſicut pau
perior intra pauperé. Senes autē dictos quidam putát a ſenſus
diminutione·eo q; iam pro vetuſtate deſipiant. Nam phiſici di/
ci dicunt homines ſtultos eſſe frigidioris ſanguinis· prudentes
calidi. Vnde & ſenes in quibus iam friget·& pueri in q̄bus nec
dum calet minus ſapiunt. Inde eſt q; conuenit ſibi infantum
etas & ſenum. Senes enim per nimiam etatem delirant. Pueri
per laſciuiam & infantiam ignorant quid agant. Senior autem
tantū maſculini generis eſt·ſicut anus feminini. Nam anus dici
tur ſola mulier. ¶ Anus autem appellata a multis annis·quaſi
annoſa. Nam ſi commune non eſſet nomen·cur diceret terēcius
ſenem mulierem ¶ Hinc et vetula·q; a vetuſta. Sicut autē a ſene
ſenectus·ita ab anu anilitas nominata eſt ¶ Canicies aūt vocata
a candore·quaſi cādicies. Vnde eſt illud. Florida iuuētus·lactea
canicies· pro ut diceret candida. Senectus autem multa ſecū &

bona affert & mala. Bona·qua nos a potentissimis domimis li/
berat·voluptatibus imponit modum·libidinis frangit impetus
auget sapientiam·dat maturiora consilia. Mala autem·qa seniũ
miserrimũ est·debilitate & odio. Subeunt enim morbi·tristiq;
senectus. Nã duo sunt qbus minuunt corporis vires·senectus·
& morbus. ¶ Mors dicta·q; sit amara·vel a marte·q ẽ effector
mortium·siue a morsu primi hominis·quo ille esu pomi mor/
tem meruit. Tria sunt autem genera mortis·acerba·immatura·
naturalis. Acerba infantum. Immatura iuuenum. Matura id ẽ
naturalis senum ¶ Mortuus autem ex qua parte orationis decli
netur incertum est. Nam sicut ait caesar·ab eo quod est morior
in participio preteriti temporis in tus exire debuit·per vnũ scili
cet u non per duo. Nam vbi geminata est u u littera nomen est
non participium·ut fatuus·arduus. Conuenienter itaq; factum
est· ut quemadmodum id quod significat non potest agendo·
ita & ipm nomen non possit loquendo declinari. Omnis autẽ
mortuus·aut funus est·aut cadauer ¶ Funus est si sepeliat. Et
dictum funus·a funibus accensis·quos ante feretrum papiris ce
ra circumdatis ferebant ¶ Cadauer autem est·si insepultu iacet·
Nam cadauer nominatum a cadendo·quia iam stare nõ potest
¶ Quod dum portatur exequias dicimus. ¶ Crematũ reliqas·
Conditum iam sepultum ¶ Corpus autem a consuetudine di/
citur·ut illud. Tum corpora luce carentum ¶ Defunctus voca/
tus·qa compleuit vite officium. Nam dicimus functos officio
quia officia debita cõpleuerũt. Vnde est. Et honoribus functos
Hinc ergo defunctus·q; ab officio sit vite depositus· siue q; sit
diem functus ¶ Sepultus autem dictus·eo q; iam sine pulsu et
palpatione est·id est sine motu. ¶ Sepelire autẽ est condere cor
pus. Nam humare obruere dicimus·hoc est humum inuere

De Portentis ¶ Ca·iii

Portenta esse ait varro·que contra naturã nata videntur
sed non sunt contra naturam·quia diuina voluntate
fiunt·cum voluntas creatoris cuiusq; condite rei na/
tura sit. Vnde & ipi gentiles deum modo naturam·modo deũ
appellant. Portentum ergo fit non contra naturã·sed cõtra quã
est nota natura. Portẽta autem & ostenta·monstra atq; pdigia
ideo nuncupantur·q; portendere atq; ostendere·monstrare atq;
predicere aliqua futura videntur. Nam portenta dicta phibent

a portendendo·id est preostendendo ¶ Ostenta autem q̃ osten
dere quicq̃m futurum videantur. ¶ Prodigia q̃ porro dicant·
id est futura predicãt ¶ Monstra vero a monitu dicta·q̃ aliqd
significandum demonstrent· siue q̃ statim monstrent quid ap
pareat·& hoc proprietatis est. Abusione tamẽ scriptorũ plerũq;
corrumpitur. Quedam autem portentorum creatiões in signifi
cationibus futuras constituta videntur. Vult enim deus inter/
dum ventura significare· per aliqua nascentium noxia·sicut &
per somnos & per oracula q̃ premoneat et significet q̃busdam
vel gentibus vel hominibus futurã cladem·quod plurimis etiã
experimentis probatum est·ut in temporibus xerxis regis·tunc
quippe vulpes ex equa creata· dissolui regnum eius portendit.
Alexãdro ex muliere monstrum creatum est· quod superiores
corporis partes homis·sed mortuas habuerat·inferiores diuersã
rum bestiarũ sed viuentes·significasse repentinã regis interfecti
onem·superuixerant enim deteriora melioribus. Sed monstra
quae in significationibus dantur·non diu viuunt·sed continuo
ut nata fuerint occidunt ¶ Inter portentũ autẽ & portẽtuosum
differt. Nam portenta sunt que transfigurantur· sicut fertur in
vmbria muliherem peperisse serpentem. Vnde lucanus. Matrẽq;
suus conterruit infans. Portentuosa vero leuem sumunt mutati
onem·exempli causã·cum sex digitis nati ¶ Portenta igitur vel
portẽtuosa existunt·alia magnitudine tocius corporis·vltra cõ/
munem hominum modum· quantus fuit ticion in nouem iu/
geribus iacens·homero testante. Alii paruitate tocius corporis·
ut gnani·vel quos greci pigmeos vocant·eo q̃ sint statura cubi
tales. Alii magnitudie partiũ·veluti capite informi·aut supfluis
membrorum partibus·ut bicipites·& trimani vel scinodontas·
quibus gemini procedunt dentes. Alia defectu partiũ in q̃bus
altera pars plurimũ deficit ab altera· ut manus a manu· vel pes
a pede. Alia discissione· ut sine manu·aut capite generata·quos
greci stereosios vocãt. Alia per numeria·quãdo solum caput aut
crus nascitur. Alia que in parte transfigurãtur·sicut qui leonis
habent vultum·vel canis·vel taurinum caput·aut corpus·ut ex
pasiphe memorant genitum minotaurum·quod graeci ethero/
mornam vocant. ¶ Alia que ex omni parte transfigurantur in
aliene creationis portentũ· ut ex muliere vitulum dicit historia
generatum. Alia que sine transfiguratione mutationem habent

locorum·ut oculos in pectore vel in frōte·aures ſupra tempora·
vel ſicut areſtoteles tradidit· quendam in ſiniſtra parte iecur· in
dextra parte ſplen habuiſſe. Alia ſecundum connaturationē·ut
in alia manu digiti plures connaturati & coherentes reperiūtur
in alia minus·ſiue in pedibus ¶ Alia ſecundum immaturam &
intemperatam creationē·ſicut hi qui dentati naſcuntur· ſiue bar
bari vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum· ſicut
illud quod prediximus in alexandro multiforme portentum.
Alia commixtiōe generis·ut androgene & ermafrodite vocantur
¶ Ermafrodite autem nuncupati eo q; in eis vterq; ſexus appa
reat. Erma quippe apud grecos maſculus eſt·affrodi femina nū
cupatur. Hi dextram mamillam virilem·ſiniſtram muliebrem
habentes·viciſſim coeundo & gignunt et pariunt. Sicut autem
in ſingulis gentibus quedam monſtra ſunt hominū ita in vni/
uerſo genere humano quedam monſtra ſunt gentium·ut gigā/
tes·cenocephali·ciclopes·& ceteri ¶ Gigātes dicti iuxta greci ſer
monis ethimologiam qui eos gegines exiſtimant·id eſt terrige
nas·eo q; eos fabuloſe pariens terra·immenſa mole & ſimiles ſi/
bi genuerit·ge enim terra appellat·gines genus. Licet & terre fi/
lios vulgus vocet·quorum genus incertum eſt. Falſo aūt oppi
nantur quidam imperiti de ſcripturis ſanctis·preuaricatores an
gelos cum filiabus hominum ante diluuium cōcubuiſſe· & ex
inde natos gigantes·id eſt nimium grandes et fortes viros·de q
bus terra cōpleta eſt ¶ Cenocephali appellantur· eo q; canina ca
pita habeant·quoſq; ipi latratus magis beſtias·q̄m homines cō
fitetur. Hi naſcuntur in india. ¶ Ciclopes quoq; eadem india
gignit. Et dicti ciclopes· eo q; vnum oculum in fronte media
habere perhibentur Hi & agriofagite dicuntur·ꝓpter q; ſolas
ferarū carnes comedunt ¶ Lemnias in libia credunt trūcos ſine
capite naſci·& os & oculos habere in pectore. Alios ſine cerui/
cibus gigni·oculos habentes in humeris. In vltimo aūt oriētis
monſtruoſe gentium facies ſcribuntur. Alie ſine naribus·equali
tocius oris planiciae· informes habentes vultus. Aliae labro
ſuperiore adeo prominenti·ut in ſolis ardoribus totam ex eo fa/
c·em contegant dormientes. Aliis concreta ora eſſe·modico fo/
ramine calamis auenarum potum haurientes. Nōnulli ſine lin/
guis eſſe dicunt·in vice ſermonis vtentes nutu ſiue motu ¶ Pa/
nothios apud ſcithiā eſſe ferūt· tam diffuſa aurū magnitudine

ut omne corpus ex eis contegat. Pan enim greco sermõe omne-
othi aures dicuntur. ¶ Artabatrite in ethiopia proni ut pecora
proni ambulare videntur· quadragesimum eui annum nullus
supergreditur ¶ Satiri homonciones sunt aduncis naribus·cor
nua in frontibus habent·& caprarum pedibus simi es·qualem
in solitudine sanctus antonius vidit· qui &iam interrogatus a
dei seruo respõdisse fertur·mortalis ego sum· vnus ex accolis he/
remi·quos vario delusa errore gentilitas faunos satirasq; incolit
¶ Dicuntur quidam & siluestres homines· quos nõnulli fau/
nos ficarios vocant ¶ Sciopodum gens fertur esse in ethiopia·
singulis cruribus et celeritate mirabili·quos inde sciopodas gre
ci vocant·eo q; per estum in terra resupini iacentes pedum suo/
rum magnitudine adumbrentur ¶ Antipodes in libia plantas
versas habent post crura·& octonos digitos in plantis ¶ Ypo
des in scithia sunt humanam formam·& equinos pedes haben
tes ¶ In india ferunt esse gentem·que macrobii nuncupant·xii·
pedum staturam habentes. ¶ Est & gens ibi statura cubitalis·
quos greci a cubitu pigmeos vocant·de qua supra diximus. Ni
montana indie tenent·quibus vicinus est occeanus ¶ Perhibẽt
& in eadem india esse gẽtem feminarum·que quinquennies cõ
cipiunt·& octauum vite annum non excedunt. Dicuntur autẽ
& alia hominum fabulosa portenta· que non sunt·sed ficta· &
in causis rerum interpretantur·ut gerionem hispanie regem tri/
plici forma proditum·fuerunt enim tres fratres tante concordie
ut i tribus corporibus quasi vna esset ania ¶ Gorgones quoq;
meretrices crinitas serpentibus ferunt·que aspicientes se conuer
tebant in lapides· habentes vnum oculum quo inuicẽ vtebant·
Fuerunt aut tres sorores vnius pulcritudinis·quasi vnius oculi
que ita spectatores suos stupescere faciebant·ut vertere eos puta/
rentur in lapides ¶ Sirenas tres fingunt fuisse·ex parte virgines
ex parte volucres·habentes alas & vngulas· quarum vna voce·
altera tibiis·tercia lira canebat·que illectos nauigantes·sub can/
tu in naufragia trahebãt. Secundum veritatem autẽ meretrices
fuerunt· quẽ transeuntes quoniam ad egestatem deducebãt·bis
ficte sunt inferre naufragia. Alas autẽ habuisse & vngulas· q a
amor & volat & vulnerat. Que inde in fluctibus commorasse
dicuntur·q a fluctus venerem creauerunt ¶ Scillam quoq; fe/
runt foeminam·capitibus succinctam caninis· cum latratibus

magnis·ꝓpter fretum ſiculi maris·in quo nauigãtes verticibus in ſe concurrentiũ vndarum exterriti·latrare exiſtimant vndas· quas ſorbentis eſtus vorago collidit ¶ Fingunt & monſtra q/dam irrationabilium animãtium· ut cerberum inferorũ canem tria capita habentem·ſignificantes per eum tres etates· per quas mors hominem deuorat·id eſt infantiam·iuuentutẽ·& ſenectutem. Quem quidam ideo dictum cerberum putãt· quaſi cereo/borum·id eſt carnem vorantem ¶ Dicunt & ydram eſſe ſerpẽ/tem cum nouem capitibus· q; latine ſcedra dicitur· q; vno ceſo tria capita excreſcebãt. Sed conſtat ydram locum fuiſſe euomẽ/tem aquas·vaſtãtem vicinã ciuitatem·in quo vno clauſo meatu multi erumpebant·quod hercules videns·loca ipa exuſſit·et ſic aque clauſit meatus. Nam ydra ab aqua dicta eſt. Huius men/tionem facit ambroſius in ſimilitudine hereſum dicens· hereſis enim velut quedam ydra fabularum· vulneribus ſuis creuit· & dum ſepe recidit pullulat·igni debita·incendioq; peritura ¶ Fingunt & chimeram triformem beſtiam· ore leonem· poſtremis partibus draconem· media capreã. Quam q;dam phiſiologi nõ animal·ſed cilicie montem eſſe aiunt·quibuſdam locis leones et capreas nutrientem·quibuſdam ardentem·quibuſdam plenum ſerpentibus. Hunc bellorofontis habitabilem fecit. Vn chime/ram dicitur occidiſſe ¶ Centauris id eſt hominibus equo mix/tis ſpecies vocabulum dedit. Quos quidam fuiſſe equites theſſa/lorum dicunt·ſcilicet pro eo q; diſcurrentes in bello· veluti vnũ corpus equorum & hominum videretur·inde centauros fictos aſſeruerunt ¶ Porro monocentaurum nomen ſumpſiſſe ex tau/ro & homine·qualem beſtiam dicũt fabuloſe in laborintho in/cluſam fuiſſe·de qua ouidius. Semibouemq; virum·ſemiuirũq; bouem ¶ Onocentaurus autem vocatur·eo q; media hois ſpẽs media aſini eſſe dicat· ſicut & ypocentauri q; equorũ hominũq; in eis natura coniuncta fuiſſe putatur

De. Tranſformatis ¶ Ca·iii

Cribuntur autem & quedam monſtruoſe hominũ tranſformationes & commutationes in beſtias·ſicut de illa maga famoſiſſima circe· q; ſocios quoq; vlixis mutaſſe fertur in beſtias. Et de archadibus q; ſorte iuncti tranſ/natabant quoddam ſtagnum·atq; ibi conuertebantur in lupos Nam & diomedis ſocios i volucres fuiſſe cõuerſos nõ fabuloſo

mendatio·ſed hiſtorica affirmatione confirmant. Sed et quidã
aſſerunt ſtrigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia
figure ſceleratorum mutantur·et ſiue magicis cantibus·ſiue her
barum veneficio· totis corporibus in feras tranſeũt. Siquidem
& per naturam pleraq; mutationem recipiunt·et corrupta in di
uerſas ſpecies transformantur·ſicut de vitulorum carnibus pu/
tridis apes·ſic de equis ſcarabei·de mulis locuſte·de cancris ſcor
piones. Ouidius. Concaua littorei ſi demas brachia cãcri. Scor/
pius exibit·caudaq; minabitur vnca Finit liber vndecimus

INCIPIT · LIBER · DVODECIMVS DE · PECORIBVS · ET · IVMENTIS

OMNIBVS · ANIMANTIBVS · Adã PRIMVM · VOCABVLA · INdidit· APPELLANS · VNICVIQ; · Nomẽ ex preſenti inſtitutione· iuxta cõditionem nature cui ſeruiret. Gentes autem vnicuiq; animalium ex propria lingua dederũt vocabula. Non autem ſecundum latinam linguam atq; grecam· aut quarumlibet gẽtium barbararum nomina illa impoſuit adam·ſed illa lingua que ante diluuium omnium vna fuit·que hebrea nuncupatur. Latine autẽ animalia ſiue animantia dicta·q; animentur vita· & moueantur ſpiritu·. Quadrupedia vocata·quia quatuor pedibus gradiuntur que dum ſint ſimilia pecoribus· tamen ſub cura humana non ſunt· ut cerui·damule·onagri·& cetera. Sed neq; beſtie ſunt·ut leones neq; iumẽta·ut vſus hominum iuuare poſſint. Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigie caret. Proprie autem pe/ corum nomen his animalibus acomodari ſolet·que ſunt aut ad veſcendum apta·ut oues & ſues·aut vſui hominum comoda· ut equi & boues. Differt autem inter pecora & pecudes. Nam ve/ teres cõmuniter in ſignificatione omnium animalium pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia·que educũtur· quaſi pecuedes. Generaliter autem omne animal pecus a paſcen do vocatur. Iumenta nomina inde traxerunt·q; noſtrum la/ borem vel onus ſuo adiutorio ſubuectando vel arando iuuent· Nã bos carpẽta trahit· & duriſſimas terre glebas vomere vertit